



6H.  
295.

26. 295.





T. LIVII PATAVINI  
HISTORIARUM LIBRI  
QUI SUPERSUNT OMNES  
ET  
DEPERDITORUM FRAGMENTA.

---

EX RECENSIONE  
ARN. DRAKENBORCHII  
AD CODICUM  
BAMBERGENSIS ET VINDOBONENSIS  
FIDEM PASSIM REFICTA  
EDIDIT  
IOANNES THEOPHILUS  
KREYSSIG.

---

*EDITIO STEREOTYPA.*

---

TOM. VI. FRAGMENTA ET INDEX.

---

LIPSIAE

EX OFFICINA CAR. TAUCHNITII.

1829.



---

T. LIVII PATAVINI  
HISTORIARUM  
FRAGMENTA.

---

*Fragmentis, quae probabili coniectura ad suos libros referrī possunt, asteriscus est praefixus: cetera, quibus locum in Livii libris assignare non licet, cum epistolae filio inscriptae reliquiis deinceps adiecta sunt.*

---

\* *Ex lib. XII.*

Pyrrhus unicus pugnandi artifex, magisque in proelio, quam bello, bonus. *Serv. ad Virgil. Aen. I, 456.*

\* *Ex lib. XIII.*

Curribus falcatis usos esse maiores, et Livius et Salustius docent. *Serv. ad Virgil. Aen. I, 476. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 38.*

*Ex lib. XIV.*

Privato nos tenuissemus. *Priscian. lib. XV. p. 1009. ed. Putsch. Vol. I. p. 620. ed. Krehl.*

\* *Ex lib. XVI.*

Sichaeus Sicharbas dictus est; Belus, Didonis pater, Methres; Carthago a Carthada, ut lectum est: quod invenitur in historia Poenorum, et in Livio. *Serv. ad Virgil. Aen. I, 343.*

Carthago est lingua Poenorum nova civitas, ut docet Livius. *Serv. ad Virgil. Aen. I, 366. Cf. Solin. cap. 27.*

Bitias classis Punicae fuit praefectus, ut docet Livius. *Serv. ad Virgil. Aen. I, 738.*

T. LIV. TOM. VI.

a

*Ex lib. XVII.*

Pridie Nonas. Pridie Idus. *Priscian. lib. XIV. p. 992. ed. Putsch. Vol. I, p. 601. ed. Krehl.*

*Ex lib. XVIII.*

Imberbes. *Charis. lib. I. p. 74. ed. Putsch.*

Serpentis quoque a T. Livio euriore pariter ac facunde relata fiat mentio. Is enim ait, in Africa apud Bagradam flumen tantae magnitudinis anguem fuisse, ut Atilii Reguli exercitum usu amnis prohiberet: multisque militibus ingenti ore correptis, compluribus caudae voluminibus elisis, quum telorum iactu perforari nequiret, ad ultimum ballistarum tormentis undique petitam, silicum crebris et ponderosis verberibus procubuisse, omnibusque et cohortibus et legionibus ipsa Carthagine visam terribiliorem. Atque etiam cruore suo gurgitibus imbutis, corporisque iacentis pestifero afflatu vicina regione polluta, Romana inde summovisse castra. Dicit etiam, belluae corium centum viginti pedum in urbem missum. *Valer. Max. I, 8. ext. 19. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 15. sq.*

*\* Ex lib. XIX.*

Tertii ludi (saeculares) fuerunt, Antiato Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, C. Iunio Pullo consulibus. *Censorin. de Die Nat. cap. 17. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 31.*

Est in Livio, quod, quum quidam cupidus belli gerendi a tribuno plebis arceretur, ne iret, pullos iussit afferri. Qui quum missas non ederent fruges, irridens consul augurium ait: *Vel bibant;* et eos in Tiberim praecipitavit. Inde navibus victor revertens ad Africam in mari cum omnibus, quos ducebat, extinctus est. *Serv. ad Virgil. Aen. VI, 198. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 21.*

*Ex lib. XXII.*

Et reparando subgressu manu haud magna Alisfae



moenia, quasi palans perveniens, ex opido bellua constructa armamentis erupit, quam consul vi captam, trucidatis, qui in ea constiterant, reservat ad pugnam. Sed opidani, sicut quibus curae pusillum inerat, in diem alteram umbonibus belluatis paucos fugaces invadunt, elephantemque omine meliori receptant, et Alifas, Ruffium quondam vocitatas, ab dextro sequente sinistram augurio nomen imponunt accolae.

*Haec verba haud dubie spuria et misere depravata Liv. XXII, 18, 5. post illa: super Allifas loco alto ac munito consedit, inserta legi in cod. Laudino 1. monuit Hearnius. Eadem deprehendit Drakenborchius in cod. Recanatiano, sed sic variata:*

Et reparando subgressus haud magis Alifae moenia quum palans perveniens ex oppido bellua constã a Romanis erupit, quam consul vi captam, trucidatis, qui in ea constiterant, resservat ad pugnam. Sed oppidani, sicut queis curae pusillum inerat, in diem altam umbonibus beluatis paucos fugaces invadunt, elephantemque meliorem receptant. Et Alifas, Ruffium quondam vocitatas, ab dextro sequente sinistriorum augurio nomen imponunt accolae.

\* *Ex lib. XLIX.*

De quartorum ludorum (saecularium) anno triplex opinio est. Antias enim et Varro et Livius relatos esse prodiderunt L. Marcio Censorino, M. Manilio consulibus, post Romam conditam anno sexcentesimo quinto. *Censorin. de Die Nat. cap. 17.*

*Ex lib. LVI.*

Qui Pompeium morbum excusasse ferunt, ne, quum interesset deditio, animos Numantinorum irritaret. *Priscian. lib. XVIII. p. 1198. ed. Putsch. Vol. II. p. 240. ed. Krehl.*

\* *Ex lib. LXXVII.*

Sulla nobilissimum coniugium contrahit, Caecilia ducta, Metelli pontificis maximi filia. Ob quod cecinit multa in eum probrose vulgus, multique ex primoribus inviderunt ei, indignum illa femina existimantes, ut Titus ait, quem consulatu iudicaverant dignum. *Plutarch. Sull. cap. 6. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 2.*

Sulla quum primum ad urbem contra Marium castra movisset, adeo laeta exta immolanti fuisse scribit Livius, ut custodiri se Postumius haruspex voluerit, capitis supplicium subiturus, nisi ea, quae in animo Sulla haberet, diis iuvantibus implevisset. *Augustin. de Civ. Dei II, 24. Cf. Plutarch. Sull. cap. 9.*

\* *Ex lib. LXXXIII.*

Eversis quippe et incensis omnibus cum oppido simulacris, solum Minervae simulacrum sub tanta ruina templi illius, ut scribit Livius, integrum stetisse perhibetur. *Augustin. de Civ. Dei III, 7. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 7.*

*Ex lib. XCI.*

[Contrebienses, quum super cetera extrema fames etiam instaret, multis saepe frustra conatibus captis, ut bellum ab urbe ac moenibus propulsarent, coniectis de muro ignibus Sertorii opera infestarunt; et turris contabulata, quae omnia munimenta urbis superabat altitudine, effusis hausta flammis cum ingenti fragore procidit. Nocte] tamen insequentibus, ipso pervigilante, in eodem loco alia excitata turris prima luce miraculo hostibus fuit. Simul et oppidi turris, quae maximum propugnaculum fuerat, subrutis fundamentis, dehiscere ingentibus rimis, et tum [conflagrare immisso faci] um igni, coepit: incendiique simul et ruinae metu territi Contrebienses de muro trepidi refugerunt; et, ut legati mitterentur ad dedendam urbem, ab universa multitudine conclamatum est. Eadem virtus, quae irritantes oppugnaverat, victorem pla-

cabiliorem fecit. Obsidibus acceptis, pecuniae modicam exegit summam, armaque omnia ademit. Trans[*f*]ugas liberos vivos ad se adduci iussit: fugitivos, quorum maior multitudo erat, ipsis imperavit, ut interficerent. Iugulatos de muro deiecerunt. Cum magna iactura militum quattuor et quadraginta diebus Contrebia expugnata, relictoque ibi L. Insteio [cum valido praesidio], ipse ad Iberum flumen copias adduxit. Ibi hibernaculis secundum oppidum, quod Castra Aelia vocatur, aedificatis, ipse in castris manebat: interdiu conventum sociarum civitatum in oppido agebat. Arma ut fierent pro copiis cuiusque populi, per totam provinciam edixerat: quibus inspectis, referre cetera arma milites iussit, quae aut itineribus crebris, aut oppu[*gnationibus et proeliis inutilia*] facta erant, novaque viris per centuriones divisit. Equitatum quoque novis instruxit armis: vestimenta-que, praeparata ante, divisa, et stipendium datum. Fabros, cura conquisitos, undique exciverat, quibus, officina publica in[*stituta uteretur*]; ratione inita, quid in singulos dies effici possit. Itaque omnia simul instrumenta belli parabantur: neque materia artificibus, praeparatis ante omnibus [e]nixo civi[*ta*]tium [st]udio, nec suo quisque operi artifex deerat. Convocatis deinde omnium populorum legationibus et civitatum, gratias egit, quod, quae imperata essent in [p]edestres [copias, prae]st[*itissent*]: quas ipse res [in defendendis sociis], quasque in oppugnandis urbibus hostium gessisset, exposuit, et ad reliqua belli cohortatus est; paucis edoctos, quantum Hispaniae provinciae interesset, suas partes superiores esse. Dimisso deinde conventu, iussisque omnibus [bono animo esse, atque] in civitates [redi]re suas, principio veris M. Perpernam cum viginti millibus peditum, equitibus mille quingentis, in Ilercaonum gentem misit, ad tuendam regionis eius maritimam oram: datis praeceptis,

quibus itineribus duceret ad defendendas socias urbes, quas Pompeius oppugnaret, quibusque ipsum agmen Pompeii ex insidiis aggredereetur. Eodem tempore et ad Herennuleium, qui in iisdem locis erat, literas misit, et in alteram provinciam ad L. Hirtuleium, praecipiens, quemadmodum bellum administrari vellet: ante omnia, ut ita socias civitates tueretur, ne acie cum Metello dimicaret, cui nec auctoritate nec viribus par esset. Ne ipsi quidem consilium esse ducere [ad]versus Pompeium: neque in aciem descensurum eum credebat. Si traheretur bellum, hosti, quum mare ab tergo, provinciasque omnes in potestate haberet, navibus undique commeatus venturos: ipsi autem, consumptis priore aestate, quae praeparata fuissent, omnium rerum inopiam fore. Perpernam in maritimam regionem superpositum, ut ea, quae integra adhuc ab hoste sint, tueri posset, et, si qua occasio detur, incautos per tempus aggressurum. Ipse cum suo exercitu in Berones et Autrigones progredi statuit: a quibus saepe per hiemem, quum ab se oppugnarentur Celtiber[ae] urbes, imploratam esse opem Pompeii compererat, missosque qui itinera exercitui Romano monstrarent; et [ab] ipsorum equitibus vexatos saepe milites suos, quocumque a castris, per oppugnationem Contrebiae, pabulandi aut frumentandi causa pro[grederentur]. Ausi tum quoque [erant] Arevacos in [p]artes [sollicitare]. Editio [igitur exemplo] belli, consilium se initurum, utrum prius hostem, utram provinciam [petat]: maritimamne oram, ut Pompeium ab Ilercaonia et Contestania arceat, utraque socia gente, an ad Metellum et Lusitaniam se convertat. Haec secum agitans Sertorius praeter Iberum amnem per pacatos agros quietum exercitum sine ullius noxa duxit. Profectus inde in Bursaonum et Cascantinorum et Gracchuritanorum fines, evastatis omnibus, proculcatisque segetibus,

ad Calagurim Nasicam, sociorum urbem, venit: transgressusque amnem propinquum urbi, ponte facto, castra posuit. Postero die M. Marium quaestorem in Arevacos et Cerindones misit, ad conscribendos ex iis gentibus milites, frumentumque inde Contrebiam, [quae] Leucada appellatur, comportandum, praeter quam urbem opportunissimus ex Beronibus transitus erat, in quamcunque regionem ducere exercitum statuisset: et C. Insteium, praefectum equitum, Segoviam et in Vaccaeorum gentem ad equitum conquisitionem misit, iussum, cum equitibus Contrebiae sese opperiri. Dimissis iis ipse profectus, per Vasconum agrum ducto exercitu, in confinio Beronum posuit castra. Postero die cum equitibus praegressus ad itinera exploranda, iusso pedite quadrato agmine sequi, ad Vareiam, validissimam regionis eius urbem, venit. Haud inopinantibus iis noctu advenerat. Undique equitibus et suae gentis et Austrigsonum accitis oppidani, eruptione facta, Sertorio obviam ierunt, ut eum aditu arcerent.] *De hoc fragmento, quod primum a Brunsio et Iuvenatio, deinde a Niebuhrro ex codice Vaticano editum esse constat, vid. Tom. I. p. LXVI. sqq. et Tom. IV. p. 325. sqq. editionis nostrae maioris.*

Hoc primum proelium inter Sertorium et Pompeium fuit. Decem millia hominum de Pompeii exercitu amissa, et omnia impedimenta, Livius auctor est. *Frontin. Strateg. II, 5, 31. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 19.*

*Ex lib. XCIV.*

Livius in libro nonagesimo quarto Inarimen in Maeoniae partibus esse dicit; ubi per quinquaginta millia terrae igni exustae sunt. Hoc etiam Homerum significasse vult. *Serv. ad Virgil. Aen. IX, 715.*

*\* Ex lib. XCVII.*

Triginta quinque millia armatorum (fugitivorum

a Crasso devictorum) eo proelio interfecta cum ipsis ducibus (Casto et Gannico) Livius tradit, receptas quinque Romanorum aquilas, signa sex et viginti, multa spolia, inter quae fascēs cum securibus. *Frontin. Strateg. II, 5, 34. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 4.*

\* *Ex lib. XCVIII.*

Livius ait, nunquam Romanos signa cum hostibus contulisse tanto numero inferiores. Neque enim vigesimam propemodum partem, imo nec minorem, aequarunt victores victorum. *Plutarch. Lucull. cap. 28. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 49.*

Livius auctor est, priore proelio (ad Tigranocerta) plures fuisse, in hoc (ad Artaxata) nobiliores hostium caesos et captos. *Plutarch. Lucull. cap. 31. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 73.*

\* *Ex lib. XCIX.*

Creta primo quidem centum habuit civitates; unde Hecatompolis dicta est: post viginti quattuor: inde, ut dicitur, duas, Gnosson et Hierapytnam. Quamvis Livius plures a Metello expugnatas dicat. *Serv. ad Virgil. Aen. III, 106.*

\* *Ex lib. CII.*

Quod quum diluisset. *Agroetius de Orthogr. p. 2267. ed. Putsch.*

Etenim capta urbe (Hierosolyma a Cn. Pompeio) tertio demum mense, die ieiunii, Olympiade centesima septuagesima nona, C. Antonio et M. Tullio Cicerone consulibus, quum hostes vi ingressi eos, qui erant in templo, iugularent; tamen, qui sacra procurabant, nihilo secius rem divinam facere perseverabant, neque metu vitae amittendae, neque ob hominum iam caesorum multitudinem in fugam compulsi, et satius esse rati, quicquid pati esset necesse, ad ipsas perferre aras, quam aliquid legibus patriis praeceptum negligere. Haec autem non esse fabu-

Iosa, unice ad falsam pietatem praedicandam spectantia, sed vera, testimonio sunt, qui res a Pompeio gestas memoriae prodiderunt; in his Strabo et Nicolaus, ac praeter hos T. Livius, historiae Romanae scriptor. *Ioseph. Ant. Iud. XIV, 4, 3.*

*Ex lib. CIII.*

Horrendus magis est, perimit qui corpora, carbo.  
Urit hic inclusus, vitalia rumpit apertus:  
Hunc veteres quondam variis pepulere medelis.  
Tertia namque Titi simul et centesima Livi  
Charta docet, ferro talem candente dolorem  
Exsectum, aut poto raporum semine pulsum:  
Infecti dicens vix septem posse diebus  
Vitam produci: tanta est violentia morbi.

*Q. Seren. Samon. de Medic. cap. 39, vs. 725. sqq.*

*\* Ex lib. CV.*

Formam totius Britanniae Livius veterum, Fabius Rusticus recentium, eloquentissimi auctores, oblongae scutulae vel bipenni assimilavere. *Tacit. Agric. cap. 10.*

Britanniae licet magnitudinem olim nemo, ut refert Livius, circumvectus est, multis tamen data est varia opinio de ea loquendi. *Iornandes de rebus Gotic. cap. 2.*

*\* Ex lib. CIX.*

Septingentesimo conditionis suae anno quattuordecim vicos eius (Romae) incertum unde consurgens flamma consumpsit: necunquam, ut ait Livius, maiore incendio vastata est; adeo ut post aliquot annos Caesar Augustus ad reparationem eorum, quae tunc exusta erant, magnam vim pecuniae ex aerario publico largitus sit. *Oros. VII, 2.*

Caesar, Rubicone flumine transmeato, mox ut Ariminum venit, quinque cohortes, quas tunc solas habebat, cum quibus, ut ait Livius, orbem terrarum

adortus est, quid facto opus esset, edocuit. *Oros. VI, 15. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 39.*

\* *Ex lib. CXI.*

Primus hostem percussit nuper pilo sumpto primo C. Crastinus. *Scholiast. vet. Lucani ad Phars. VII, 471.*

Patavii C. Cornelius, auguralis scientiae peritus, Livii historici civis et familiaris, sub idem forte tempus operam dabat auspicio. Hic primum, ut Livius tradit, tempus proelii (Pharsalici) cognovit, praesentibusque geri dixit nunc rem, et proelium duces committere. Ubi iterum cepit augurium, conspexitque signa, fanaticus exsiluit, clamans: *Vincis, Caesar.* Obstupescens illis, qui aderant, detracta capiti corona iuravit, non prius se repositurum eam, quam arti respondisset eventus. Hoc Livius verum esse affirmat. *Plutarch. Caes. cap. 47. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 72.*

*Ex lib. CXII.*

Bogud, Bogudis, nomen barbarum, quod Livius in CXII. declinavit Bogudis. *Priscian. lib. V. p. 643. ed. Putsch. Vol. I. p. 172. ed. Krehl. coll. lib. VI. p. 686. ed. Putsch. Vol. I. p. 234. ed. Krehl.*

Castra quoque diversis partibus Cassius et Bogud adorti haud multum abfuere, quin opera pererunt.

Quo tempore firmandi regni Bogudis causa exercitum in Africam velociter traicere conatus sit.

Cassius gessisset cum Trebonio bellum, si Bogudem trahere in societatem furoris potuisset. *Priscian. lib. VI. p. 686. sq. ed. Putsch. Vol. I. p. 234. ed. Krehl.*

Quadringenta millia librorum Alexandriae arserunt, pulcherrimum regiae opulentiae monumentum. Alius laudaverit, sicut Livius, qui elegantiae regum curaeque egregium id opus ait fuisse. *Seneca de Tranquill. anim. cap. 9. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 43.*



*Ex lib. CXIII.*

Et ipse circa Palpud oram tuebatur. *Priscian. lib. VI. p. 687. ed. Putsch. Vol. I. p. 234. ed. Krehl.*

*\* Ex lib. CXIV.*

Haec de Basso produnt nonnulli; Livius vero, militasse eum Pompeii auspiciis: quo victo privatim egisse Tyri, corruptisque quibusdam legionariis effecisse, ut, interfecto Sexto, ipsum sibi ducem sumerent. *Appian. Bell. Civ. III, 77. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 1.*

Optarem mihi contingere, quod T. Livius scribit de Catone: cuius gloriae neque profuit quisquam laudando, nec vituperando quisquam nocuit, quum utrumque summis praediti fecerint ingeniis. Significat autem M. Ciceronem et C. Caesarem, quorum alter laudes, alter vituperationes supra dicti scripsit viri. *Hieronym. Prol. lib. II. in Hoseam.*

*\* Ex lib. CXVI.*

Aedibus Caesaris ornatus maiestatisque causa ex senatusconsulto adiunctum erat fastigium, ut Livius narrat. Id per quietem Calpurnia collabi imaginata videbatur sibi lamentari et flere. Itaque orta luce rogavit Caesarem, si qua fieri posset, ne prodiret in publicum, sed in aliud tempus senatum reiiceret. *Plutarch. Caes. cap. 63. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 47.*

Malum omen est, quoties Aetna, mons Siciliae, non fumum, sed flammaram egerit globos: et, ut dicit Livius, tanta flamma ante mortem Caesaris ex Aetna monte defluxit, ut non tantum vicinae urbes, sed etiam Rhegina civitas, quae multo spatio ab ea distat, afflaretur. *Serv. ad Virgil. Georg. I, 471.*

Quod de Caesare maiore vulgo dicitur, et a T. Livio positum, in incerto esse, utrum illum magis nasci reipublicae profuerit, an non nasci, dici

etiam de ventis potest. *Seneca Nat. Quaest. V, 18.*  
*Cf. Freinshem. Supplem. cap. 116.*

*Ex lib. CXVIII.*

Adversus interfectores C. Caesaris ultoribus manum comparans concibat. *Priscian. lib. IX. p. 865.*  
*ed. Putsch. Vol. I. p. 458. ed. Krehl.*

\* *Ex lib. CXX.*

M. Cicero sub adventum triumvirorum cesserat urbe, pro certo habens, id quod erat, non magis Antonio eripi se, quam Caesari Cassium et Brutum, posse. Primo in Tusculanum fugit, inde transversis itineribus in Formianum, ut ab Caieta navim conscensurus, proficiscitur. Unde aliquoties in altum provectum quum modo venti adversi retulissent, modo ipse iactationem navis, caeco volvente fluctu, pati non posset, taedium tandem eum et fugae et vitae cepit: regressusque ad superiorem villam, quae paullo plus mille passibus a mari abest, *Moriar*, inquit, *in patria saepe servata*. Satis constat, servos fortiter fideliterque paratos fuisse ad dimicandum; ipsum deponi lecticam, et quietos pati, quod sorsiniqua cogeret, iussisse. Prominenti ex lectica, praebentique immotam cervicem caput praecisum est. Nec satis stolidae crudelitati militum fuit. Manus quoque, scripsisse in Antonium aliquid exprobrantes, praeciderunt. Ita relatum caput ad Antonium, iussuque eius inter duas manus in Rostris positum; ubi ille consul, ubi saepe consularis, ubi eo ipso anno adversus Antonium, quanta nulla unquam humana vox, cum admiratione eloquentiae auditus fuerat. Vix attollentes prae lacrimis oculos homines intueri trucidata membra eius poterant. Vixit tres et sexaginta annos, ut, si vis abfuisset, ne immatura quidem mors videri possit: ingenium et operibus et praemiis operum felix: ipse fortunae diu prosperae, et in longo

tenore felicitatis magnis interim ictus vulneribus, exsilio, ruina partium, pro quibus steterat, filiae morte, exitu tam tristi atque acerbo, omnium adversorum nihil, ut viro dignum erat, tulit praeter mortem: quae vere aestimanti minus indigna videri potuit, quod a victore inimico nil crudelius passus erat, quam quod eiusdem fortunae compos ipse fecisset. Si quis tamen virtutibus vitia pensarit, vir magnus, acer, memorabilis fuit, et in cuius laudes persequendas Cicero laudatore opus fuerit. *M. Seneca Suasor. VII. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 60. sqq.*

*Ex lib. CXXVII.*

Quoniam inter Augustum et Antonium reliquiae adhuc erant dissensionis, Cocceius Nerva, proavus Nervae, qui postea imperavit Romae, mandavit Augusto, ut mitteret, qui de summa rerum tractarent. Ergo missus est Maecenas cum Agrippa, qui utrumque exercitum in una castra coegerunt, ut ait Livius lib. CXXVII. Intelligendum autem, quod Fonteio misso ab Antonio, Augustus Maecenatem et ceteros ad eundem locum miserit. *Acro ad Horat. Sat. I, 5, 29.*

Dissensione orta inter Caesarem Augustum Antoniumque, Cocceius Nerva, avus eius, qui postea Romae imperavit, petiit a Caesare, ut aliquem, qui de summa rerum tractaret, mitteret Tarracinam. Et primum Maecenas, mox et Agrippa congressi sunt, hique pepigerunt fidem confirmatissimam, et in una castra conferri signa utriusque exercitus iusserunt. Hoc et T. Livius lib. CXXVII. refert, excepta Capitonis mentione. *Porphyrio ad Horat. Sat. I, 5, 29.*

Ab Antonio missus fuerat Fonteius Capito legatus, ab Augusto Maecenas, intercedente Cocceio Nerva, proavo Nervae imperatoris, qui et Augusto et Antonio gratus erat, cum Agrippa. Ea autem conditione convenerant legati, ut de summa rerum tractarent,

exortamque dissensionem inter duos hos imperatores componerent; quod et fecerunt, et utrumque exercitum iuxta Brundisium in una castra cum magna laetitia coegerunt, ut infert Livius lib. CXXVII. *Commentator Cruquii ad Horat. Sat. I, 5, 29. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 20. sqq.*

\* *Ex lib. CXXXIII.*

Livius refert, Cleopatram, quum ab Augusto capta indulgentius de industria tractaretur, dicere solitam: *Non triumphabor. Commentator Cruquii ad Horat. Od. I, 37, 30.*

*Ex lib. CXXXVI.*

Eodem anno ludos saeculares Caesar ingenti apparatu fecit; quos centesimo quoque anno (is enim terminus saeculi) fieri mos. *Censorin. de Die Nat. cap. 17. Cf. Freinshem. Supplem. cap. 46.*

Vir ingenii magni magis, quam boni. *Seneca de Ira I, 16.*

Profiteor, mirari me, T. Livium, auctorem celeberrimum, in Historiarum suarum, quas repetit ab origine urbis, quodam volumine sic exorsum: Satis iam sibi gloriae quaesitum, et potuisse se desinere, ni animus inquires pasceretur opere. *Plinius in Praefat. lib. I. Hist. Nat.*

T. Livius ac Nepos Cornelius latitudinis (freti Gaditani) tradiderunt, ubi minus, septem millia passuum; ubi vero plurimum, decem millia. *Plinius in Praefat. lib. III. Hist. Nat.*

Complevis consulibus. *Serv. ad Virgil. Georg. III, 1.*

Verba sunt, ut habemus in Livio, imperatoris transfugam recipientis in fidem: *Quisquis es, noster eris. Serv. ad Virgil. Aen. II, 148.*

Imperatorem me mater mea, non bellatorem peperit. *Hoc Scipionis dictum ex Livio afferre videtur Guilielmus Malmesburiensis Rer. Angl. lib. II. p. 162.*

Dic mihi, quum saepe numero in Romanis historiis legatur, Livio auctore, saepissime in hac urbe exorta pestilentia infinita hominum millia deperiisse, atque eo frequenter ventum, ut vix esset, unde illis bellicosis temporibus exercitus potuisset ascribi, illo tempore deo tuo Februario minime litabatur? An etiam cultus hic omnino nihil proderat? Illo tempore Lupercalia non celebrabantur? Nec enim dicturus es, haec sacra adhuc illo tempore non coepisse, quae ante Romulum ab Euandro in Italiam perhibentur illata. Lupercalia autem propter quid instituta sint, (quantum ad ipsius superstitionis commenta respectant) Livius secunda decade loquitur: nec propter morbos inhibendos instituta commemorat, sed propter sterilitatem mulierum, quae tunc acciderat, exsolvendam. *Ex Gelasii Papae Epist. adversus Andromachum in Baronii Annal. eccles. ad a. 496. num. 35.*

Secundum Livium legati pacis caduceatores dicuntur. *Serv. ad Virgil. Aen. IV, 241.*

Livius argentum grave dicit, id est, massas. *Serv. ad Virgil. Aen. VI, 862. Cf. Isidor. XVI, 17.*

In hoc summo (promontorio Circaeum) oppidum fuit, quod et Circaeum dictum et Circaeum. Nam utrumque Livius dicit. *Serv. ad Virgil. Aen. VII, 10.*

---

T. Livius tam iniquus Salustio fuit, ut hanc ipsam sententiam: *Res secundae mire sunt vitiis obtentui*, et tanquam translata et tanquam corrupta dum transfertur, obiiceret Salustio. Nec hoc amore Thucydidis facit, ut illum praeferat. Laudat, quem non timet, et facilius putat posse a se Salustium vinci, si ante a Thucydide vincatur. *Seneca Controv. XXIV.*

T. Livius de oratoribus, qui verba antiqua et sordida consecretantur, et orationis obscuritatem severitatem putant, aiebat, Miltiadem rhetorem eleganter

dixisse: Ἐπὶ τῷ πλεονεξίᾳ. *Seneca Controv. XXV.*

In hoc malum a quibusdam etiam laboratur: neque id novum vitium est, quum iam apud T. Livium inveniam, fuisse praeceptorem aliquem, qui discipulos *obscurare*, quae dicerent, iuberet, Graeco verbo utens, *σκότισον*. Unde illa scilicet egregia laudatio: *Tanto melior: ne ego quidem intellexi.* *Quintil. Inst. Orat. VIII, 2, 18.*

Fuit igitur brevitatis illa tutissima, quae apud Livium in epistola ad filium scripta, *legendos Demosthenem atque Ciceronem: tum ita, ut quisque esset Demostheni et Ciceroni simillimus.* *Quintil. Inst. Orat. X, 1, 39. coll. II, 5, 20.*

---

INDEX  
IN  
TITTI LIVII  
HISTORIARUM LIBROS  
QUI SUPERSUNT.

---

A.

*Abaci* cum aliis luxus instrumentis primum Romam advecti 39, 6.

*Abba*, urbs Africae 30, 7.

*Abbassus*, oppidum 38, 15.

*Abdera*, oppidum 45, 29.

*Abderitae* queruntur apud senatum de crudelitate Hortensii, et in integrum restituuntur 43, 6. *Abderitarum* ager 38, 41.

*Abelox*, nobilis Sagunti Hispanus, obsides Hispanorum Sagunto eductos tradit Romanis 22, 22.

*Aborigines* iunguntur foedere Troianis 1, 1. petuntur bello, ducemque Latinum amittunt 2.

*Abrupolis* regno expellitur a Perseo 42, 13, 40.

*C. Aburius*, legatus ad Masinissam et Carthaginienses 42, 35.

*M. Aburius*, tribunus plebis, moram affert M. Fulvio triumphum petenti 39, 4. praetor 41, 18. iurisdictionem inter peregrinos sortitur 19.

*Abydus*, Hellesponti urbs 32, 33, 33, 30, 38. oppugnata a Philippo 31, 14, 16. eique dedita 17. oppugnatur, et relinquitur, a Romanis 37, 9, 12. *Abydeni* non admittunt legatos Philippi 31, 16.

*Academia*, gymnasium Athenis 31, 24.

*Acanthus*, urbs, vi capitur, ac diripitur 31, 45.

*Acaridos Come*, vicus 38, 15.

*Acarnanes* diremti ab Aetolis 26, 24. ab Aetolis victi Philippum adversus eos arcessunt 25. coniurant, se, nisi victores, ex acie non redituros, *ibid.* foederi cum Romanis inito, ab Philippo, Macedoniae rege, adscribuntur 29, 12. ob duos iuvenes, religionis imprudentes, ab Atheniensibus interfectos, Atticam depopulantur auxilio Macedonum 31, 14. eorum concilium Leucadem indicitur 33, 16. respuunt societatem Rom. *ibid.* in deditionem pop. Rom

- veniunt 17. a Romanis aversi 36, 11. tentantur ab Antiocho, *ibid.* Acarnanum factiones 43, 19. eorum concilio Leucas eximitur 45, 31.
- Acarnania* 26, 24, 36. eius situs 33, 17.
- Acarnanum* portus 28, 7.
- Accensi* milites 1, 43. 8, 8.
- Accius* s. Attus Navius, augur cotem novacula discidit 1, 36.
- Accua* oppidum, vi captum 24, 20.
- Acerrae* direptae et incensae a Poenis 23, 17. restituntur 27, 3.
- Acerranis* civitas sine suffragio data 8, 17.
- Achaia* 25, 15. 31, 26.
- Achaei* auxilium impetrant a Philippo contra Machanidam et Aetolos 27, 29. Philippo ad Dymas occurrunt 31. cum Aetolis Eleisque ad Messenen prospere pugnant 32. eorum concilium Aegii 28, 7. et Argis, ubi de bello consultant adversus Nabin 31, 25. Achaei pepigerunt, se quotannis iuratos in verba Philippi 32. 5. iis quaedam urbes redduntur, *ibid.* eos a societate Philippi avertere conatur T. Quinctius cos. 19. expellunt Cycliadam, *ibid.* cum Attalo et Rhodiis adversus Philippum societatem iungunt 23. post longam et ancipitem deliberationem Romanis se adiungunt 20 *et seqq.* proelio fundunt Androthenem 33, 14. omnem eorum oram vastant copiae Philippi, *ibid.* iis suae redduntur urbes 34. et Acrocorinthus traditur 34, 50. bellum adversus Nabin decernunt 35, 25. eos tentat Antiochus 47. obsident Messenen in Peloponneso 36, 31. tradunt Zacynthum Romanis 32. depopulantur oram maritimam Aetolorum 37, 4. mittunt auxilium Attalo Pergami obsesso 20. Seleucum ex agro Pergameno castra movere cogunt 21. decernunt bellum in Lacedaemonios 38, 32. eosque Achaico concilio contribunt 34. eos sibi reconciliare studet Perseus 41, 27, 28. Achaei funditores 38, 29. Achaei Phthiotae liberi esse iubentur 33, 32. *vid.* et 36, 15. Achaeorum portus 37, 9.
- Acharrae*, oppidum 32, 13.
- Acheron*, fluvius 8, 24.
- Acherusia* aqua, *ibid.*
- Achivi* 1, 1.
- Achradina* 24, 21. 25, 24. circumsidetur a Marcello 25, 26. deditur Romanis 31.
- Aciei* Romanae descriptio 8, 8. eius cum phalange Macedonica collatio 9, 19. acies quomodo structa ap. Romanos et Latinos 8, 8. 21, 55. 22, 45. 27, 14. 30, 8. 33, 8. 37, 59. 42, 58. 44, 40. Antiochi 37, 40. Hasdrubalis 23, 29. 27, 48. Gallorum 38, 26. Hannibalis 21, 55. 22, 4. 46. 30, 33 et 25. Hispanorum 29, 2. Macedonum 33, 18. Persei 42, 58. 44, 40. Punica 21, 55. 23, 29. 28, 14. 30, 8. 33. Rhodiorum 33, 18.
- Aciliani* libri Graeci 35, 14. in Latinum versi a Claudio 25, 39.
- C. Acilius*, tribunus plebis 32, 29.
- L. Acilius* 40, 31.
- Mr. Acilius* legatus ad Ptolemaeum 27, 4. in sententiam eius senatusconsultum fit 25.



- M. Acilius* Glabrio, tribunus plebis, 30, 40. decemvir sacrorum 31, 50. aedilis plebis 33, 25. praetor 33, 24. sortitur iurisdictionem inter cives et peregrinos 26. servos vincit in Etruria 36. ambit consulatum 35, 10. consul creatur 24. sortitus Graeciam, ludos magnos Iovi vovet 36, 1, 2. paludatus urbe egreditur 3. in Thessalia capit Limnaeam et Pellinaeam, urbes 14. proficiscitur ad Thermopylas 16. eius ad milites oratio 17. instruit aciem 18. caedit Antiochum 19. expugnat Heracleam 22, 23, 24. ab eo pacem petunt Aetoli 27, 28. obsidet Naupactum, et Herculi sacrificium facit 30. corona cingit Lamiam 37, 4. triumphat de Antiocho et Aetolis 46. petit censuram, sed, accusatus a duobus tribunis, petitione desistit 57. duumvir Pietatis aedem dedicat 40, 34.
- Q. Acilius*, triumvir coloniae deducendae 21, 25.
- Acrae* 24, 36.
- Acraeae* Iunonis promontorium 32, 23.
- Acraephia*, oppidum 33, 29.
- Acraeus* Iupiter 38, 2.
- Acraiae*, oppidum Laconiae 35, 27.
- Acrillae*, urbs 24, 35.
- Acrocorinthus* 33, 31. 34, 49, 50.
- Actiacum* bellum 1, 19.
- Actium*, Acarnaniae portus 44, 1.
- M. Acutius*, tribunus plebis 5, 10.
- Adaeus*, Macedo a Beroea 43, 21.
- Addicti* in vinculis a patriciis habiti 6, 34. sqq.
- Adherbalis* cum Laelio navalis pugna et fuga 28, 30.
- Adolescentes* Rom. coniurant de regibus revocandis 2, 3. in vincula coniecti dant poenas 4, 5. anno XVII allecti in militiam 22, 57.
- Adoreus*, mons 38, 18.
- Adramytteum*, urbs 37, 19.
- Adria* 24, 10. Tuscorum colonia 5, 33.
- Adriani* 34, 45. ob servatam fidem a Romanis laudantur 27, 10.
- Adrianus* ager 22, 9.
- Adriaticum* mare 5, 33. 10, 6. 40, 21. 44, 31. 45, 14.
- Adriaticus* sinus 1, 1. 10, 2.
- Adrumetum* 30, 29. 33, 48.
- Adulterii* poena pecuniaria 10, 31.
- Aebura*, oppidum 40, 30.
- Aebutia*, anus honesta ex Aventino 39, 11.
- L. Aebutius* cos. moritur 3, 6.
- M. Aebutius*, tribunus militum secundae legionis 41, 5.
- M. Aebutius Elva*, triumvir creatus ad coloniam Ardeam deducendam 4, 11. creatur praetor 44, 17. sortitur Siciliam, *ibid.*
- Postumus Aebutius Cornicen*, cos 4, 11.
- Postumus Aebutius Elva*, magister equitum 4, 21.
- P. Aebutius* 39, 9. eum pupillum Bacchis initiari vult mater, *ibid.* rem aperit consuli 11. ei praemia dantur a senatu ob detecta Bacchanalia 19.
- T. Aebutius* cos. et magister equitum 2, 19.
- T. Aebutius Carus*, triumvir 39, 55. praetor 41, 2. de tumultu Sardiniae senatui scribit 10. decemvir agris dividendis 42, 4.
- Aecae*, urbs Appulorum 23, 1. oppugnatae 24, 20.

- Aedes* Aesculapii Carthagine 41, 27. Alba Capuae 32, 9. 40, 45. Apollinis 3, 63. 4, 29. 7, 20. 27, 37. 34, 43. 37, 58. 39, 4. Bellonae 10, 19. 26, 21. 28, 9. 30, 21. 31, 47. 33, 24. 41, 10. Castoris 2, 20, 42. 8, 11. 9, 43. Cereris 3, 55. 28, 11. 41, 33. Cloacinae 3, 48. Concordiae 9, 46. 22, 33. 26, 23. Deorum Penatum 45, 16. Dianae 39, 2. Fauni 33, 42. 34, 53. Feroniae 33, 26. Fortunae 23, 19. 25, 7. 27, 11. 33, 27. 43, 15. Fortis Fortunae 10, 46. 27, 11. Fortunae Equestris 40, 40. 42, 3. Fortunae Primigeniae 29, 36. 34, 53. 43, 15. Herculis 21, 62. 32, 1, 9. 33, 35. Herculis rotunda 10, 23. Honoris 27, 25. Iovis Acraci 38, 2. Iovis Ariciae 24, 44. Caere 27, 23. Cumis, *ibid.* Formiis 32, 1. Lanuvii 32, 9. Minturnis 27, 39. 36, 37. Ostiae 32, 1. Satrici 28, 11. Tarracinae *ibid.* et 40, 45. Iovis Capitolini 1, 55. 2, 8. 4, 20. 27, 4. 32, 1. 35, 41. 41, 25. 32. Feretrii 1, 10, 33. 4, 20. Opt. Maximi 7, 3. 36, 35. Statoris 1, 12. 27, 37. Vicilini 24, 44. Iunonis 5, 21. 10, 2. 21, 62. Iunonis Lacinae 28, 46. 42, 2, 3. Iunonis Monetae 7, 28. 42, 7. Reginae 27, 37. 39, 2. Sospitae 8, 14. 34, 53. Iuventatis 36, 36. Larium Permarinum 40, 52. Liberi et Liberae 3, 55. 41, 33. Libertatis 24, 16. *cf.* Libertas. Lunae 40, 2. Martis 6, 5. 7, 23. 10, 23. 27, 23. 35, 9. 38, 28. Matris Magnae 29, 37. 36, 36. Matris Matutae 5, 19. 7, 27. 25, 7. 28, 11. 33, 27. 41, 33. Mentis 22, 10. 23, 31. Mercurii 2, 21, 27. Minervae 35, 36. Monetae 4, 7. 6, 20. 33, 26. Opis 39, 22. Pietatis 40, 24. Quirini 4, 21. 8, 20. 10, 46. 28, 11. Salutis 9, 43. 10, 1. 28, 11. Sanci 32, 1. Saturni 2, 21. 22, 1. 41, 26, 32. Spei 21, 62. 25, 7. 40, 51. Summani 32, 29. Telluris 2, 41. Veneris 10, 31. 29, 37. 41, 2, 32. Veneris Erycinae 22, 10. 23, 31. 30, 39. 40, 34. Vestae 26, 27. 28, 11. Victoriae 10, 33. 29, 14. Virtutis 27, 25. 29, 11. Vulcani 32, 29.
- Aedes* Cassii dirutae 2, 41. Sp. Maelii 4, 16. Vitruvii 8, 20.
- Aedicula* Victoriae Virginis 35, 9.
- Aediles* plebei 3, 6. aedilibus qui nocuisset, eius caput Iovi sacrum 55. senatusconsulta in aedem Cereris ad eos deferri iubentur, *ibid.* eos leges decemvirales in aes incisas in publico proposuisse, sunt qui scribant 3, 57. iis negotium datum, ut animadverterent, ne qui, nisi Romani, Dii colerentur 4, 30. instaurant ludos plebeios 38, 10. *cf.* Ludi. aedilis plebei esse non potest, cuius pater, qui curuli sella sederit, vivit 27, 21. 30, 19. aediles ex Patribus, sive curules 6, 42. 7, 1. per quatrimum ludos scenicos faciunt 24, 43. instaurant ludos Romanos 27, 6. 28, 10. unde initium sumserint fori ornandi 9, 40. dicunt plerisque diem, quia plus, quam lege finitum erat, agri possiderent 10, 13. diem dicunt pecuariis 33, 42. 35, 10. incusantur ab senatu, quod non prohiberent novos ritus sacrificandi precandique Deos 25, 1. Curules, ludis maximis faciendis primum creati 7, 1, 2.

- Aedilitii* scribae et viatores 30, 39.
- Aeditui* aedes sacras omnes tota urbe aperire iubentur 30, 17.
- Aedui*, populus Galliae 5, 34. in eorum agros incursiones faciunt Arverni 8.
- Aegaeum* mare 44, 28, 29.
- Aegates*, insulae 21, 10, 49, 22, 54, 23, 30, 32.
- Aegeleos*, urbs, opprimitur ab Attalo 31, 46.
- Aegestaeus* campus 27, 33.
- Aegimurus*, insula 29, 27. sinum Carthaginensem claudit 30, 24.
- Aegina*, insula 27, 30, 33, 28, 5, 7, 31, 14, 33, 30, 36, 42.
- Aeginienses* 44, 46, 45, 27.
- Aeginium*, oppidum 32, 15, 36, 13, 44, 46. diripitur a Romanis 45, 27.
- Aegium* 38, 29. ibi Achaeorum concilium 27, 30, 28, 7, 35, 48, 36, 35, 43, 19.
- Aegyptus* 8, 24. Aegypti opes divisae inter Philippum Macedoniae et Antiochum Syriae reges 31, 14. Aegypti reges Romanis gratulantur 37, 3. Aegypto excedere iubent Antiochum Epiphanem Romani 45, 12.
- C. Aelius*, tribunus militum tertiae legionis 41, 5. eius res gestae 8.
- C. Aelius Paetus*, cos. 40, 27.
- L. Aelius Paetus*, aedilis plebeius ludos facit ex mulctaticia pecunia 10, 23.
- P. Aelius* inter primos quaestores de plebe creatos 4, 54.
- P. Aelius*, legatus ad Antiochum 34, 59. -
- P. Aelius* triumvir coloniae deducendae 41, 17. consul 42, 10.
- P. Aelius*, consul Boios iubet vastari 31, 2.
- P. Aelius Ligur*, praetor 41, 2. consul 42, 9. legatus in Illyricum 45, 17.
- P. Aelius Paetus*, cos. 8, 15.
- P. Aelius Paetus*, magister equitum vitio creatus, abit magistratu 9, 7. augur 10, 9.
- P. Aelius Paetus*, augur 27, 36. moritur pestilentia 41, 26.
- P. Aelius Paetus*, aedilis plebis, creatur praetor 29, 38. sortitur iurisdictionem urbanam 30, 1. escendit cum L. Laelio rostra, et Carthaginensium exercitus fusos exponit 30, 17. magister equitum 39. consul 40. decemvir 31, 4. triumvir rebus coloniae Narniensis ordinandis 32, 2. censor 7.
- P. Aelius Tubero*, aedilis plebis vitio creatus, abdicat se magistratu 30, 39. praetor creatus sortitur Siciliam 40. legatus in Asiam 37, 55. praetor iterum sortitur iurisdictionem urbanam 41, 12.
- Q. Aelius*, tribunus plebis 41, 10.
- Q. Aelius Paetus*, augur 22, 35. cadit in proelio Cannensi 23, 21.
- Q. Aelius Paetus* in locum P. Aelii Paeti sufficitur augur 41, 26. praetor 43, 4. consul 45, 14. sortitur Galliam provinciam 17.
- Q. Aelius Tubero*, tribunus plebis, fert ad plebem de duabus coloniis Latinis deducendis 34, 53. triumvir creatur 35, 9.
- Q. Aelius Tubero* obviam mittitur Perseo 45, 7. cura tuendi regis ei mandatur 8.
- Q. Aelius Tubero*, annalium

- scriptor 4, 23. 10, 9.
- Sex. Aelius Paetus*, aedilis curulis 31, 50. triumvir rebus coloniae Narniensis ordinandis 32, 2. consul 7. in Capitolio senatum habet 8. proficiscitur in Galliam 9. nihil memorabile gerit 26. censor 34, 44, 35, 9.
- T. Aelius*, tribunus militum tertiae legionis 41, 5. eius res gestae 8.
- Aemilia* porticus refecta 41, 32.
- Aemilia* tribus 38, 36.
- Aemilia*, uxor P. Scipionis Africani 38, 57.
- C. Aemilius*, tribunus militum consulari potestate 5, 26. imperator contra Aequos, obtinet praesidio Verruginem 28. tribunus militum consulari potestate iterum, Volsinienses vincit 32.
- L. Aemilius*, cos. vincit Aequos et Volscos 2, 42. iterum consul, Veientes pacem petere supplices cogit 49. tertium consul 54.
- L. Aemilius*, tribunus militum consulari potestate 6, 1. iterum 5. tertium 21. quartum 22. quintum 32. fundit Volscos et Latinos, *ibid.* creatur interrex 7, 17. magister equitum et legatus 21. quartus decimus interrex 8, 23. dictator vincit Samnites 9, 21.
- L. Aemilius*, legatus Carthaginem mittitur 21, 18. censor 23, 23.
- L. Aemilius*, candidatus consularis 39, 32.
- L. Aemilius Mamercinus*, cos. 7, 1. secundum cos. 3. magister equitum 21 et 39. tertium consul Sabellum agrum vastat 8, 1. dictator 16. consul scribit exercitum sine ulla vacationis venia 20. dictator iterum 9, 21.
- L. Aemilius Papus* cos. 20, 36. triumvir mensarius 23, 21.
- L. Aemilius Papus*, decemvir sacrorum, moritur 42, 28.
- L. Aemilius Papus*, praetor creatus sortitur Siciliam 28, 38.
- L. Aemilius Paullus*, cos. 20, 59. triumphat 63. accusatur et ambustus vix evadit, *ibid.* cos. iterum 22, 35. occiditur in pugna Cannensi 49. fuerat pontifex 23, 21.
- L. Aemilius Paullus*, triumvir coloniae deducendae 34, 45. aedilis ex pecunia damnatorum pecuariorum clypea inaurata in fastigio aedis Iovis posuit 35, 10. praetor 24. sortitur Hispaniam ulteriorem 36, 2. legatus 37, 55. proconsul caeditur a Lusitanis 46. Lusitanos fundit 57. legatus resistit Cn. Manlio triumphum petenti 38, 44, 45. legatus in decem ad res Asiae disceptandas componendasque 37, 55. creatur consul 39, 56. in Ligures Ingaunos exercitum ducit 40, 25. oppugnatur ab Ingaunis, *ibid.* erumpit castris 27. vincit Ingaunos Ligures 28. deque iis triumphat 34. nominatur patronus ab Hispanis ulterioribus 43, 2. consul iterum sortitur Macedoniam 44, 17. eius, antequam in Macedoniam iret, ad populum oratio 22. multa ab eo institutorum militarium in melius mutata 33. explorat transitus Enipei fl. *ib.* eius oratio ad milites 34. per Perrhaebiam it ad hostes 35. eius prudens ad Nasicam oratio 36. instructo exercitu muni-

castra 37. differt pugnam, *ibid.*  
 eius de pugna dilata oratio 38.  
 vincit Macedonas 41. acceptis  
 a Perseo literis, illacrimatur  
 sorti humanae 45, 4. ad eum ad-  
 ducitur Perseus 7. benigne ex-  
 cipit Perseum, eumque tacen-  
 tem alloquitur 8. peragrat Grae-  
 ciam 27. Amphipoli componit  
 res Macedoniae 29. succendit  
 arma hostium 33. traiecit in Ita-  
 liam 34. triumphus ei decretus  
 impeditur a Ser. Sulpicio Galba,  
 tribuno militum 35, 36. trium-  
 phat de Perseo 39, 40. amittit  
 duos filios 40. eius de sua for-  
 tuna oratio 41.

*L. Aemilius Regillus*, praetor  
 36, 45. ei evenit navalis provin-  
 cia 37, 2, 4, 14. Epicratem secum  
 in Asiam reducit, *ibid.* ad eum  
 caduceatores ab Antiocho mis-  
 si, qui de pace agerent 18. ha-  
 bet consilium 19. invadit agros  
 Teiorum 28. contendit ad ho-  
 stem 29. vincit classem Antiochi  
 30. oppugnat Phocaeam 32.  
 eius triumphus navalis 58.

*L. Aemilius Scaurus* Hellespon-  
 tum mittitur 37, 31.

*Mam. Aemilius*, tribunus mili-  
 tum consulari potestate 4, 16.  
 dictator dicitur 17. Veientes et  
 Fidenates proelio vincit 18, 19.  
 triumphans urbem ingreditur  
 20. iterum dictator 23. censu-  
 ram minuit 24. a censoribus tri-  
 bu movetur, *ibid.* dictator  
 creatur, paulo ante motus tribu  
 31. eius oratio ad populum 32.  
 eius ad milites adhortatio 33.  
 Fidenas capit et triumphat 34.  
 consul creatur 53.

*M. Aemilius Mamercinus*, tri-  
 bunus consularis 4, 61. iterum 5,  
 1. tertium 10. praest castris

ad Veios 12.

*M. Aemilius*, tribunus militum  
 consulari potestate 5, 32. con-  
 sul 10, 1. in fugam vertit Grae-  
 cos cum Cleonymo in Italiam  
 advectos classe 2.

*M. Aemilius*, praetor Siciliae  
 21, 49. 22, 9. creat duumviros  
 22, 33. praetor peregrinus 24,  
 44. urbanus 22, 9, 33. 27, 33.

*M. Aemilius*, frater L. Aemilii  
 Regilli, praetoris, decedit 37,  
 22.

*M. Aemilii Lepidi*, bis consulis  
 atque auguris, tres filii L. M.  
 et Q. ludos funebres patri et  
 gladiatorum paria duo et vigin-  
 ti per triduum in foro dant 23,  
 30.

*M. Aemilius*, M. Lepidi filius,  
 tribunus militum 37, 43.

*M. Aemilius Lepidus* patricius  
 22, 35.

*M. Aemilius Lepidus*, aedilis  
 curulis 24, 43. praetor, sortitur  
 iurisdictionem inter cives et pe-  
 regrinos, *ibid.* decemvir sacro-  
 rum 26, 23.

*M. Aemilius Lepidus* legatus ad  
 Ptolemaeum 31, 2. ferociter  
 cum Philippo agit 18. pontifex  
 sufficitur 32, 7. aedilis 35, 10.  
 praetor 24. sortitur Siciliam 36,  
 2. consul 38, 42. et quidem  
 post duas repulsas 39, 56. 40,  
 46. cum aedem Dianae vovisset,  
 devincit Ligures 39, 2. viam ab  
 Placentia Ariminum perducit,  
*ibid.* triumvir coloniae dedu-  
 cendae 55. pontifex maximus  
 40, 42. censor 45. in gratiam  
 reconciliari se cum collega  
 M. Fulvio patitur 46. princeps  
 senatus legitur 51. consul ite-  
 rum 41, 22. lectus secundo  
 princeps senatus 32. tertio

- 43, 15. decemvir 42, 4. legatus 43, 7.
- M. Aemilius Numida*, decemvir sacrorum, moritur 26, 23.
- M. Aemilius Papus*, dictator 9, 7. maximus curio, moritur 27, 6.
- M. Aemilius Paullus*, magister equitum, male rem gerit 10, 3.
- M. Aemilius Regillus* cos. creatur 24, 7. irrito eventu 8 et 9. flamen Quirinalis 8. flamen Martialis, moritur 29, 11.
- Ti. Aemilius* cos. 2, 61. eius res gestae in Sabinis 62. cos. iterum, dandi agri plebi auctor 3, 1.
- Ti. Aemilius*, quinquevir mensarius 7, 21. praetor 8, 2.
- Ti. Aemilius Mamercinus* cos. eiusque cum senatu rixae 8, 12.
- Aemus*, mons 40, 21. ex eo monte creditum vulgo fuit, Ponticum simul et Adriaticum mare et Histrum amnem et Alpes conspici posse, *ibid.* eum conscendit Philippus, et degressus nihil vulgatae opinioni detrahit 22.
- Aenaria* insula 8, 22.
- Aenea*, oppidum 40, 4. eadem Aenia 44, 10, 32. statum Aeneae sacrificium, quod conditori Aeneae quotannis fit 40, 4. Aeneates, *ibid.*
- Aeneae* portus ad montem Atho, 45, 30.
- Aeneas*, Anchisae et Veneris filius 1, 1. profugus venit in Macedoniam, Siciliam et Italiam, ubi Lavinium condit, *ibid.* ut animos Aboriginum sibi conciliaret, Latinos utramque gentem appellat. 2. eius mors *ibid.*
- Aeneas Silvius*, rex tertius Albae 1, 3.
- Aenesidemus Dymaeus*, praefectus praesidii Achaeorum 32, 25.
- Aenianus* sinus 28, 5.
- Aenii* 37, 33. 45, 27.
- Aenus*, oppidum Thraciae, prodicione capitur a Philippo 31, 16. Aeno praesidium Antiochi deducitur 37, 60. controversiae cum Philippo de Aeni possessione 39, 24, 27, 28. Aenum sibi petit Attalus 45, 20. Aenei 31, 31.
- Aeolis* 33, 38. 37, 8, 12, 18, 25, 35. 38, 16.
- Aepulo*, Istrorum regulus, ne vivus capiatur a Romanis, petus ferro traicit 41, 15.
- Aequi*, sive Aequicolae, gens antiqua 1, 32. ab Aequicolis ius, quo res repetuntur, Ancus Marcius descripsit, *ibid.* Aequi Latinum agrum invadunt 2, 30. vincuntur 31. seditio inter Aequos et Volscos, et atrox proelium 40. Romanos bello petunt 43. oppugnant Ortoram, *ibid.* vexant Latinos incursionibus 48, 53, 58. vincuntur 60. bello petiti a Q. Servilio vincuntur 3, 2. depopulantur agrum Romanum et caeduntur 3. obsidentes Furium cos. in castris a T. Quinctio caeduntur 5. Aequi et Volsci denuo Hernicorum et Rom. agros depopulantur 6. vincuntur a Lucretio cos. 8. rebellant 10. arcem Tusculanam capiunt, et caeduntur 23. pacem petunt, et impetrant 24. denuo bellum movent 25. obsident Minucium cos. in castris 26. adversus eos L. Quinctius Cincinnatus dictator dicitur, *ibid.* circumvallantur et sub iugum mittuntur 28. denuo Ro-

- manos bello lacessunt 30. vincuntur 31. bellum instaurant 38. fundunt Rom. exercitum 42. a Valerio consule vincuntur 60, 61. iterum Romanis bellum inferunt 66. vincuntur 70. rursus rebellantes vincuntur 4, 26. oppugnant castra consulis, dum suis exuuntur 27 et 28. multi sub hasta venditi 29. impetrant iudicias annorum octo 30. Aequi et Lavicani Tusculanum agrum depopulantur 45. vincuntur 47. coloniam Volas deducunt, sed caeduntur 49. parant bellum 53. capiunt arcem Carventanam 55. oppugnant Lavicos, Romanam coloniam 5, 16. Romanis iterum bellum inferunt et vincuntur 28. capiunt Vitelliam coloniam, et rursus vincuntur 29 et 31. eorum defectio 6, 2. pervastantur 4. undenam toties victis Aequis et Volscis suffecerint milites 12. iterum petiti bello deserunt castra, et prope ad interneccionem delentur 9, 45. redintegrant bellum, et subiguntur a C. Iunio dictatore 10, 1.
- Aequicolarum* ager 10, 13.
- Aequimaesium* in Capitolio 4, 16. 38, 28.
- Aequimaesium* vicus 24, 47.
- Aequinoctium* autumnale, 31, 47. vernum 33, 3. 37, 9.
- Aera* militibus constituta 4, 59, 60. equitibus 5, 7.
- Aerarii* inopia 24, 18. pecuniam ex aerario clam egerunt scribae et viatores aedilitii 30, 39. aerarium 4, 22. ex eo signa militaria promuntur, *ibid.* et 7, 23. aerarium faciunt octuplicato censu censores 24. in aerarium redacta pecunia ex captivis venditis 7, 27. 10, 46. 24, 18. 26, 36. in aerarium publicum concluduntur, custodiae causa, Praenestinatorum principes *ibid.* aerarium sanctius 27, 10.
- Aeropus*, mons 32, 5.
- Aeropus*, praetor Epirotarum 29, 12.
- Aes* grave, ante signatum 4, 41 et 60. 22, 33. 32, 26. aes alienum Romae maximum, atque inde turbae 2, 23. ac postremo secessio plebis in Sacrum montem 33. aeris alieni magna vis aedificando contracta 6, 27. hinc occasio et materia Manlio Capitolino novorum consiliorum, *ibid.* et *sqq.* seditiones ob aes alienum 31, 34. miseria plebis aere alieno demersae 6, 34. de aere alieno lex 6, 35, 36. aeris alieni causa quinqueviri mensarii creantur 7, 21. eius dissolvendi ratio inita 27.
- Aesculapius* ab Epidauro Romam arcessitur 29, 11. eius templum in Graecia 45, 28. Carthaginienses in eius aede senatum dant legatis Persei 41, 27. eius fanum tabulis pictis exornatur ex praeda 43, 6. templum eius Epidaurium donis opulentum 45, 28. ei supplicatio habita 10, 47.
- Aesernia* colonia in fide atque officio erga populum Rom. manet 27, 10.
- Aesernina* turma equitum 44, 40.
- Aesernini* quare a Romanis laudati 27, 10. Aesern. ager 10, 31.
- Aesis* fluvius 5, 35.
- Aesula*, Latii oppidum 32, 29.
- Aesulana* arx 26, 9.
- Aethalia*, insula 37, 13.
- Aetna*, mons 26, 29.
- Actoli*, eorum concilium et foe

